

DISSERTATIO INAUGVRALIS MEDICA

DE

NITRO

QVAM

AVSPICE SVMMO NVMINE

ET

CONSENSV GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE
SVB PRAESIDIO

**DN. D. IOANNIS HIERONYMI
KNIPHOFII**

ANAT. CHIRVRG. ET BOTAN. PROF. PVBL. FAC. MED. ASSESS. ORD.
ET p. t. DECAN. ACAD. CAES. NAT. CVR. ADI.
ET BIBL.

PRO GRADV DOCTORIS

SVMMISQVE IN ARTE MEDICA HONORIBVS
ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS LEGI-
TIME IMPETRANDIS

PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

DIETRICH DAVID BECKER

HANNOVERANVS.

H. L. Q. C. A. S. R. MDCCCLIII. DIE XXIV. DEC.

ERFORDIAE

Stanno HERINGIANO ACAD. TYPOGR.



DISSERTATIO IN AVGERII MEDICINA

-DE-

MITRO

ET

AVSICE SVMMO NYMINE

ET

CONSTANTINVS GRATVS V. SACR. THEOLOG.

DR. D. IOHANNIS HILTONIUM

- KNIPHOFF

PRO GRADU DOCTORIS

IN THEOLOGIA SACRA

DR. ERICH DAVY BECKER

IN THEOLOGIA SACRA

IN THEOLOGIA SACRA





PROOEMIUM.



omnia, quæcunque summus Deus & Creator produxit, suo inservire scopo, ad destinatumque tendere finem, quemquam negaturum fore, vix credo. Eadem ratione & relatione de bonitate quarumvis rerum judicandum esse censeo, dummodo concedimus, nos quam plurima adhuc latere, finemque rerum haud facile innotescere; ut recte cecinisse mihi videatur Poeta: *felix, qui potuit rerum cognoscere causas.* Quo altius vero hæc penetramus, eo ardentius in laudes Creatoris erumpimus, intuentes, ex fine rerum omnia esse optima. Nostri nunc non est inquirere, quomodo res a suis finibus deflectantur, & in alium longe diversum, quid? quod plane malum detorqueantur. Hæc est deploranda ista cordis

humani depravatio, ut rebus creatis plane abutatur, qui abusus tunc demum præsto est, cum res non ad suos a Creatore ordinatos fines, sed a nobis perperam propositos dirigimus & applicamus. Exempli causa vinum producam. Nemo profecto nescius est, quanti sit usus, & quam insignem in corpore mortalium exerat efficaciam, ut & cor hominis ab ipso exhilarari recte dicatur. Quod vero damnum est, quod non evocetur & eliciatur temulentia! Metalla procreata scimus ad colligendam humanam societatem, & commoditatem vitæ promovendam & ad sanitatem aut tuendam aut recuperandam; quæ mala vero & ad interuersionem usque in humanum genus inferuntur iisdem? quid avaritia, quid luxus, quid luxuria, quid voluptates ex iis sibi nutrimenti & præsidii sumunt? quantam cladem inde accipiunt homines, telis levissima de causa invicem dimicantes. Ut cetera, ne proposito fiam prolixior, taceam, de Nitro in hac diss. inaugurali agemus. Hoc omnium bonorum Conditor innumeris non solum effectibus ornavit, operam & labores hominum allevantibus, sed etiam

iam variis modis labefactatam sanitatem restituentibus; Quum vero in mentem mihi venit, quot homines e vita erepti, quot urbes everſæ, & plane deletæ, quantaque strages post pyrii pulveris inventionem sit illata, quæ supra fuerunt proposita, satis confirmata puto. Sed de usu tantum *Nitri* acuri, Deum nobis adiutorem precamur.

§. I.

Inundationibus Nili Aegyptum patere, ex Geographis quoque veteribus discimus; inter ceteras ejus provincias haud contemnendam esse *Nitriam*, cujus aquæ a solis æstu in superficie terræ consumuntur sal relinquant, quod a provincia nomen acceperit *Nitrum*; licet veterum aliqui malint, a sale isto provinciæ nomen fuisse additum. Sal iam antiquitus notum a saliendo, quia cum accenditur, cum impetu circumfilit, nomen suum traxisse, ii asserunt, qui ab ultima linguarum origine voculas derivant.

§. II.

Sollicita occupatione non inquiram, num hæc derivatio fundata, an ex latino originem trahat, & a nitro *Nitrum* formatum, quod vis ejus abstersoria antiquissimis nota fuerit temporibus; an græcos natales agnoscat a *νίτρον*, quod abluendi, purgandique præditum sit facultate; sufficit dicere *nitrum* vocari germanis, *Salpeter*.

§. III.

Nemini persuadebo, nec me quis convincet, sal ab Ægyptiis nitrum nominatum cum eo, quod hodie nobis sub eadem appellatione venit, unius ejusdemque indolis esse; probabile tamen videtur, convenientiam, quod illud in superficie terræ colligi poterat, & hoc superficiali terræ strato inclusum reperiatur, occasionem dedisse, Sali, quod hodie sub eodem vocabulo notum est, *Nitri* nomen imponere, etiamsi hoc multis modis ab illo differat.

§. IV.

Veritatis speciem præ se fert oculatissimi Physici, eruditi atque christiani theologi MATHESII relatio, Nitrum transfluere terram limosam & lutosam Nitri sale prægnantem, quod ab aqua solutum cum terra sabulosa argillacea lixivium præbuisset ad *Nitrum* & *Tincar* inde coquendum; cui quoque Ill. Comes MARSELIVS subscribit, in aquis putealibus circa Danubium nec non nivalibus sal nitrosum statuens, & rationalis chymia princeps Ill. WEDELIVS, in nonnullis mineralibus aquis sal nitrosum sat ponderosis argumentis adstruens, & ex PLINII Lib. XXXI. C. IO. testimonio apud Medos quoque, & in Thracia & Macedonia, aliisque passim in locis hujusmodi aquæ nitrosæ reperiuntur. Hoc vero assertum de aquis nitratis refellit Celeberrimus NEVMANN *Lect. publ. de Nitro* &c.

§. V.

Quodsi vero omnes in rebus physicis instituendæ observationes ad firmiter rei fundamentum construendum interserviunt, non poenitet allegare, in oceano salis
ma-

marini copiam notabilem nitri partem habere admixtam, quod probari videtur per phænomenon, quod mare variis in locis frequentius penitus igneum videatur, maxime si fluctuat; & navium incendia non extinguantur sed augeantur, & naves in medio mari comburantur, quod nautæ nitrositati marinæ adscribere consueverunt. conf. DD. BACHHEBEL *de aurora Boreali*.

§. VI.

Aegyptus non sola est, quæ a fluvio extra ripas diffuente, glebis solibus æstivis vaporatis, Sal relictum exhibet. Polonia enim simili gloriatur naturæ producto; sed principia rerum indagaturos experimenta cum illo Sali instituta docent, convenire cum sale culinari, quod in scaturiginibus cum aqua ex visceribus terræ ebullit, & a falsis coëtoribus perficitur.

§. VII.

Nitrum sponte natura productum mihi notum non est. Quod enim antiquiores sub tali denominatione descriptum nobis reliquerunt, rubri coloris, amari saporis, spongiosæ texturæ & levioris erat consistentiæ, teste DIOSCORIDE *de re med.* L. V. Cap. 89. & ad plane alios usus impendebant; consueverunt vinum cum ipso condire, seminaque terræ tradenda eodem prius imbuiere, juxta VIRGIL. *Georgic. L. I.* a quo distinctum erat *Aphronstrum*, copiose circa loca, ubi aservatur calx viva, & in parietibus lapideis, plus minus humidis, pluviamque non patentibus proveniens, explicante NIEREMBERGIO in *historia naturali* L. XVI. C. 29.

§. VIII.

Nos cum oculatissimo in perscrutandis corporum naturalium affectionibus Cel. NEVMANNO definimus *Nitrum*, quod sit *Sal medium, fixum, crystallinum ex sale saporis falsi, acris, refrigerantis, leviter lamari potissimum acido sui generis atque alcali fixo constans.*

§. IX.

Ad generationem hujus Salis tria essentialia conferre requisita mihi admodum probabile videtur: *Excipiens, exceptum atque cooperans.*

§. X.

Excipiens appello terram pinguem, siccam, lutosam, margaceam, gypseam, argillaceam, turfaceam; tum sibi relictam, qualis in Moscovia, in Siberia, ad Wolgam reperitur, conf. BRANDII App. *an die Reise nach China* p. 196. & Cel. GMELIN Historiam naturalem Russiae describens, prope regnum Kasan invenit; tum contignationis inferioris antiquiorum aedificiorum constituentem; tum aream ad reponenda utensilia & a pluvia defendenda tecto superius facto; tum fornicum apertorum in modum cellae instructorum pavementum, non lapidibus stratum; tum terram ex lanariis, ex officinis tinctorum & cerevisiariorum, conf. LAZ. ERKERI *Probiar-Buch*, Lib. V. p. 128. tum etiam acervos, sive colles oblongos, ex terra, cineribus, caulibus, fumaria, parietaria aut arborum tenerioribus ramusculis coagmentatos, versus boream longitudine extensos; & potentiorum magnetisimum exercet terra; quae jam tum aliquoties nitri coctoris studio & opera post affusionem aquae, nitri lixivium dimisit.

§. XI.

§. XI.

Sub titulo *Excepti* mihi venit peculiare Sal, quod regno tam animali quam vegetabili suam debet originem; residuum nempe ab urina, excrementisque ovium, boum, equorum, fimo anserum, gallinarum, columbarum, sanguine, intestinis, omnique genere partium animalium putrefactarum, & successiva exsiccatione in terram nigram transmutatarum; æque ac a cujuscunque vegetabilis partibus fibrosis, radicibus, culmis atque foliis finetorum brodio maceratis & successiva exsiccatione consumtis, ut nil, nisi tale sal remaneat, quod copiosius in ovili, bovili, equili & quisquiliarum antiquis acervis reperitur.

§. XII.

Egregias *cooperantis* vires exerit *aer*, cujus liberi accessu pars constitutiva acidum naturæ vitriolicæ, intrans terram sale vegetabilis & animalis indolis onustam, obstetricante natura, novum producit Sal, nitrum nempe. Me quoque non monente, operationum chymicarum gnarus recordabitur, ad salium productionem requiri lixivii successivam inspissationem, hoc est liquidi admixti consumptionem evaporatione obtinendam; ideo vitandum, ne aquæ pluvialis aut alius humidi admixtione sal iterum solvatur, & subjectam terram profundius penetrando pereat; cautione quoque adhibita prospiciatur, ne sal subtilissimis adhuc floribus constans, æstu radiorum solarium volatilifetur, & avolet.

B

§. XIII.

§. XIII.

Terra talis nitrosa a nitrum parandi artificium callentibus five nitrariis lecto ex stramine constructo in vase ligneo, inferius foramine epistomio clauso mittitur in illud; & affusa aqua fluviatilis, extracto epistomio, in aliud vas suppositum elixatur; tali labore obtentum, ad duas tertias supra ignem inspissatum post admixtionem lixivii ex durioribus lignis & calce viva, coctione successiva aquosis partibus propulsis, in granula concrefcit; nunquam enim nitrum in siccam crystallorum formam cogi potest, nisi alcali cujusdam additione. Obtentum vero sal, si reiterata opera in aqua solvitur, filtratur, despumatur, affuso tantillo aceti, suadente KESLERO, in crystallos formatur, eo purius obtineretur, si lixivium evaporatum, antequam nitrum in crystallos abit, quam primum fæculentia luteo colore latera & fundum vasis occupavit, aliis vasis committitur, in iisque ad crystallificationis consummationem asservatur; præterea pura fervente solutum, adhuc calide filtratum, in loco frigido reponitur, in factis elegantes crystallos concretum, *Nitri depurati* nomine insignitur.

§. XIV.

Nitri coctores consueverunt quoque huic lixivio sal commune addere, experientia edocti, subtiliores adhuc nitri particulas fixiores reddi, atque facilius in crystallorum formam cogi, & in depuratione, debita enchiresi applicata, iterum separari. Sic unum sal ad alterius productionem utiliter in subsidium vocatur.

„ Nominavi superius naturæ productum, quod cum
 „ sale

„ fale culinari debito modo tractatum, nitrum fat co-
 „ piofum dimittit. „

§. XV.

Proprietates nitri observantur sequentes 1. Sicuti reliqua Salia, ita quoque nitrum in aqua promte solvitur. 2. Concrefcit in pellucidas cryftallos, sexangularia prifinata formantes. 3. Papillulas linguæ nerveas fenfu frigoris afficit, tam in forma folida quam in aqua folutum. 4. In crucibulo igni fuper impofito ad infar aquæ fluit. 5. Carbonibus vivis injectum ftrepitum edit in conflagatione, tunc mutatur in nitrum fixum. 6. Cum fulphureis mixtum concretis, facile flammam fufcipit, & cum ftrepitu totum cum flamma luculenta & fplendefcente deflagrat, deorfumque magis quam ad fuperiora ardet. 7. Ignem reverberii quoque fuftinet absque notabili jactura. 8. Destillatio fuppeditat fpiritum acidum, qui in recipiente rutilus apparet. 9. Alcalifatum, etiamfi exacte exficcatum, tractu tamen temporis humido aereo attracto liquefcit. 10. Corporum in igne fluentium fluxum adjuvat. 11. Reddit carnes animalium, eo confperfas, rubras.

§. XVI.

In diffufiffimum excurrerem campum, fi recenferem, quotuplici modo, & in quamplurimis artibus atque negotiis nitrum ufu veniret œconomis, phyficis, mechanicis, pyrotechnicis, alchymicis, aliisque. Sufficiet prætereundo quafi innuiffe, matres familias a carnibus fumo indurandis putredinem avertere conditura falium feu nitri additione, item nitro aquis im-

mixto pinguefcere animalia VERVLAMII observatione
p. 529.

§. XVII.

Culturam agrorum magnum incrementum cape-
re, qui se reiteratis vicibus expertos putant, solutione
nitri sola, & eadem aliis admixta femina ante fatio-
nem imbibita ita fecundari, ut agro nullis ulteriori-
bus a fimo petendis viribus opus. Ex physicis expe-
rimentis patet, aquam in glaciem convertere; Phospho-
rum *Balduini* & nitrum fulminans conficere. Ex ni-
tro & tartaro paratus fluor albus, sicuti ad cœruleum
Berolinense parandum, ita ad varios alios usus *mecha-*
nicos requiritur. Chymici ejus usum agnoscunt in cal-
cinatione tam sicca quam humida antimonii, Martis &c.
Docimastis ad reducenda metalla fluor niger probatis-
simæ virtutis est.

§. XVIII.

Hæreo, num Bertoldum Schwarzium, Monachum,
mechanicis, an pyrotechnis adnumerem, qui anno 1480
fixationem nitri elaboraturus canalem ferreum nitro
& sulphure repletum in igne ponebat, qui accensus
cum fragore furnum rumpebat, exitiosumque generi
humano pulverem pyrium inveniendi ipsi modum
monstrabat. Nunc quoque pyrobolariis tempore pa-
cis & belli innumeris nitrum inservit usibus. Qui de-
nique chymia altiori parta in fumum & ventum trans-
mutare defudant, nitro quoque carere non possunt.

§. XIX.

Miros nitri effectus, variamque ejus tractandi ra-
tionem Viri in rebus naturalibus eruendis defudantes,
fusus

fufius fcriptis fuis expofuerunt; ad quæ illos delegamus, qui vel ifta perlegere, vel veftigia eorum premere, tentaminibusque ulterioribus, quæ de nitro hactenus innotuerunt, illustrare, fua referre arbitrantur. Nobis pro inftituti ratione noffe & indigitare fufficiat, quam & quantum ad fanitatem & retinendam & recuperandam præftet utilitatem; quibus morbis conveniat; quomodo efficacia remedia exinde parentur, in qua forma & dofi corpori humano vivo applicandum, ut exoptatus fequatur effectus. De nitro fcribit Ill. HOFFMANNVS in Diff. *de præftantia medicamentorum domefticorum* §. 32. quod depuratum & cum abforbentibus exhibitum, fit fere univerfale remedium, cujus incomparabilem & divinam virtutem fi plebeji noffent, multis expenfis atque fumtibus, quos pharmacopoliis infunere debent, parcere poſſent.

§. XX.

Sanus homo in ætate media conftitutus fanguinem non folum ad corporis fufentationem neceffarium elaborat, fed & ad fecretionem feminis in nobiliori, & nutritionem fœtus in utero in fequiori fexu, qui, fi venereis cogitationibus, libidinoſis diſcurſibus, flagitioſisque converſationibus cum perſonis alterius ſexus excandefcit, fanguis vehementiori circuitu exagitatatus *ardorem libidinoſum* producit, qui continuato nitri depurati uſu feliciter extinguitur, cujus notatu dignam obſervationem *Timæus a GÜLDENKLEE* profert, quod muſicum propter intolerabilem ſalacitatem caſtrationem poſtulantem continuo uſu nitri crudi curaverit.

Hic effectus explicante Ill. HOFFMANNO a particulis acidis dependet, quibus subtilissimum sal volatile & particulas summe volatiles sulphureas figit, & in motu sistit.

§. XXI.

Eodem modo perniciosos *ardores* in febribus compefcit nitrum, dum motum intestinum calidum partium sulphurearum in sanguine componit, solidas partes humectando, motusque in iisdem acerrimos refræ-
nando, in quo consistit virtus refrigeratoria. Unde etiam fit, ut Medici nitri efficaciam expectent in agrypniis, deliriis, furore uterino, mania; & his admisceant pauca grana sacchari saturni.

§. XXII.

Motus sanguinis intestinus auctus pendet a statu alcalico five prævalente falis alcali in sanguine efficacia, hinc partes sulphureæ plus æquo resolvuntur, motusque fibrarum cordis & arteriarum intenditur atque augetur, adeoque se exerit pulsu, ratione magnitudinis & celeritatis nimium adaucti; hunc nitrum placat mutando sal alcali in medium: quare in *æstu febrili* præsentissimæ est efficacix, communi practitorum suffragio, sulphuris sanguinis activitatem imminuendo. Lites, quas Chymici de proportionem falis alcalici ad acidum in corpore humano movent, componere, non in me suscipio; tantum moneo, unanimi chymicorum consensu acidum in majori quantitate adesse quam alcali, & experientia teste Nitrum semper calorem præternaturalem imminuere, excepto casu ubi ob nimium
co-

coagululum se & excretionem immittit; & sic spiritus nimis acres in excretionem impediunt, tunc tamen tanquam temperans & acidum agit.

§. XXIII.

Sanguis expansus frequentiori circuitu vasa corporis humani permeans, horum distensione dolores atque spasticos producit effectus, stagnationes, inflammationes & hæmorrhagias minatur. Nitrum vero in ejusmodi dolorum speciebus sumtum, sanguinis actionem distensoriam in membranas vasorum imminuens, sanguinique leniorem progressum, subjecto, ætati, & temperamento congruum reddens, *dolorem aufert*.

§. XXIV.

Id quoque præstat, *spasmo* afflictas atque rigidas solidarum fibras relaxans. Nitrum enim pulverisatum, vel ejus solutio sanguini addita, semper eum fluidiorem atque floridiorem reddit, coccineum colorem concilians, quod experimentum quam facillime fuerit institutum idem semper apparet. Similem quoque in corpus humanum edit effectum fluida, secretionem in uterum promovendo simulque humectando, rigiditatem fibrarum corrigit, & tensionem spasticam mitigat.

§. XXV.

Egregius non minus nitri usus deprehenditur in *inflammationibus*, ipsisque *febris inflammatoriis*; quæ sanguinem nigrum stagnantem coagulatum pro materiali causa agnoscunt, dum pari facilitate cruorem sive partes sanguinis rubicundas discontinuat, ac visceri, limosi, atque

atque tenacis feri partes & sic corpus ab inflammatione defendunt.

§. XXVI.

Hæmorrhagias sistendi potentiam nitrum, partitosis dosibus exhibitum ostendit. Quando in homine juniore, tempore vernali, motu corporis nimis aucto, sanguis haustu vini, aliorumque potulentorum spirituosorum exagitatus vi expansiva turget, transitum per minima vasa liberiores impedit, *navium hæmorrhagia* orta nitrosis compefcitur. In juvenibus & viris sanguinei temperamenti plethora commota facile in hæmoptisim transit, quæ ab empiricis adstringentibus & opiatibus tractata in pejus ruit, hanc methodo Ill. STAHLII a D. HERRMANNO nitro admixtis coralliis rubris præparatis feliciter curatam legi. In adultis *fluxus hæmorrhoidum*, a motu, calore, potulentis spirituosissimis, medicamentis sanguinis motum augmentibus, nimia profusione nitro compefcitur, partim citiore calidi sanguinis motu, sulphurearum partium in sanguine circumvolutione retentata; & urente, sicubi adest, infracta, bilioso humore contemperato, quo ipso effectu nitrum *temperantibus* adnumeratur medicamentis, partim abundantia sanguinis peractam diaphoresin imminuta, quod iterum peculiaris nitri virtus.

§. XXVII.

Febris lenta & hæctica, aliæque ex infarctu, stagnatione aut graviore obstructione, quinimo notabili nunquam læsione aut aliquali corruptione ortæ, medellam quoque in nitro exoptatam inveniunt, minus tuto enim

enim simpliciter acida in usum trahuntur. Si *cuffis* aut *hemoptysis* juncta, insuperque forsitan pulmones vitio laborant, tunc potius nitrosa & diluentia in subsidium vocanda, quæ & felicem effectum præstant. Item quando *diarrhæa*, *dysenteria* aut *cholera* calore febrili excuuntur, pulveres temperantes & absorbentes, uno vel altero nitri grano addito, remedium adferunt.

§. XXVIII.

Quantus sit medicamentorum alterantium in *hepatia* usus, in clinica praxi occupatis notum est. Sub alterantium vero nomine *absorbentia* quoque veniunt; & sicuti omnia salia per incinerationem parata, ita etiam nitrum fixum his adscribitur, quod præter virtutem, juncto acido, novam acquirit facultatem, sanitatem recuperandi, incuneatos succos liberandi, & obstructions referandi.

§. XXIX.

In *febre tertiana*, unacum aliis acrimonia simul biliosa induodeno potissimum restitans, ob intensiorem æstum omnes successive inquinat humores, cui nullum efficacius opponitur remedium hæc impuritates corrigens atque e corpore eliminans, nitro exacte depurato; maxime si eidem vegetabilia quædam acria v. g. rad. ari, pimpinellæ albæ, vincetoxici adjungantur.

§. XXX.

Interdum Medicus præter acrimoniam biliosam temperare, & intestinum sanguinis calorem sedare,

C

simul

simul respicit, acidum in primis viis corrigere, tunc nitri sal acidum & alcalinum ingentem partium sulphurearum, nec non liquidi aereo-ætherei copiam involutam recondens, magnum feret auxilium; etenim illud operatur expansiva aereo-elastica virtute materiam calidam in motu vorticoso calido constitutam disjungendo, a centro quasi ad peripheriam displodens; hoc vero præstabunt lapides cancerorum, testæ ovorum, conchæ cum succo citri saturatæ, mandibulæ lucii piscis, cornu cervi philosophice præparatum, aliaque absorbentia; hoc tamen suadeo, ut respectus ad morbum atque symptomata cum magna circumspicione ita habeatur, ut magis proficuum præ altero seligatur, atque nitro admisceatur.

§. XXXI.

Patet ex his a multis decantata egregia nitri virtus, inutilia a laudabilibus massæ corporis nostri humoribus separandi, separata per superficiem cutis actione *diaphoretica*, placide eliminandi, & sic corpus a malignitate liberandi. Excito testes gravissimos ac locupletissimos D. KRAMERVM & D. TREW, ex quorum observatione nihil unquam felicius profuit *purpure puerperarum*, quam pulvis ex absorbentibus nitro combinatus. conf. *Commerc. Lit. Norimb.* Ao. 1735. p. 430. Experimentissimus quoque RIVERTVS in Praxi commendat nitri purificati scrupulum unum, camphoræ grana tria ad malignitatem arcendam in febribus ad calorem præternaturalem dissipandum & ad extinguenda deliria.

§, XXXII.

§. XXXII.

Peritissimorum observationes practicoꝝ confirmant, inflammationes, quæ partes nervoso-membranaceas invadunt, febre semper affligi, semperque esse periculosas, peculiari quadam virtute solvi, nitro purificato tantillo camphoræ admixto. Instar omnium eruditissimus HOFFMANNVS, qui pulveris in antecedenti paragropho memorati efficaciam non satis laudare potest in omnibus inflammationibus & febribus inflammatoriis. conf. ej. *Diff. de Nitro*. Eodem felici successu Cl. WERLHOFFVS & Ill. D. ABERGEN pleuritides veras & rheumaticas populares, camphora cum nitro mixta, profligavit.

§. XXXIII.

Contingit quoque, ut humorum corporis nostri mixtio ita disponatur, ut, aut propter remanentes in sanguine sordes, aut ob miasma per contagium extrinsecus in corpus delatum, massa sanguinea in destructionem prona, in acutis æque ac chronicis morbis, ad conciliandam corporis succis *putridam corruptionem*, capacissima reddatur; tunc camphora cum nitro ex balsamica indole naturalem optimamque sanguini cras- sin inducit, atque confirmat, efficaciam feminii maligni infringit, sanctorianam perspirationem absque sanguinis excandescencia auget, & nocivas partes secretas per poros cutis relaxatos ejicit. Provoco consentientem Cl. D. DETHARDING & superius nominatum salutaris artis decus, qui in *sphacelo* a causa interna citatum pulverem exerere effectum, asserit, modo in paulo largio-

ri & repedita dosi offeratur, & ipsi plus fidei habeatur quam externis omnibus.

§. XXXIV.

Virtus nitri *Antbelmintica* adeo a quibusdam de-
prædicata hinc facile explicatur. Dum enim nitrum
acuminatis spiculis salinis vermes necat, & virtute
temperante sanguinem mutando ad liberiore[m] circui-
tum aptum reddit; diaphoretica atque diuretica in-
dole impuritates per superficiem corporis & cum uri-
na e corpore profcribit, nidus vermium cum putredi-
ne simul evacuatur, & sanguis purior factus, novæ
vermium exclusioni resistit. Vidimus herbam tana-
ceti, radicem vincetoxici & nitrum æqualibus partibus
in pulvere ad scrupulum unum pro dosi post meridiem
& prius quam cubitum eatur & sequente die mane
pilulas ex extractato rhabarbari, asa foetida & sagapeno
paratas, pariter ad scrupulum unum sumere, quibus
vermes per secessum sunt expulsi.

4. XXXV.

In *febre acuta sanguinea*, græcis synocha dicta, sive
simplex sit sive putrida, alvi excretio ordinaria servan-
da, idque tutius fit externis, enemate emolliente ex-
fero lactis, melle, oleo amygdalarum dulcium, tantil-
lo nitri & salis, quod fibras membranarum intestina-
lium constrictas relaxat, flatu[m] educit, & distento colo-
tonum amissum restituit, & anxietates ab hoc depen-
dentes aufert.

§. XXXVII.

§. XXXVI.

Ubi tumor discussione & resolutioni renitens majori inflammationis gradu ad suppurationem perducere non potest, ordinariis productionem puris adjuvantibus remediis refrigerantia admiscenda, inter quæ nitrum non infimum occupat locum, conf. D. D. GRASHVUS de *generatione puris*.

§. XXXVII.

Chirurgis ulcera occurrunt curanda indolis peioris, quæ vix ac ne vix quidem ordinaria ratione tractata claudi possunt. Cacoethica atque sordida in scholis medicorum dicuntur, & ut plurimum a malo corporis habitu, propter nimis glutinosum acidum, biliosumque sanguinem & viscidam, tenacemque lympham sunt orta. His, præmissis internis humorum massam depurantibus, essentiis atque decoctis lignorum, nitrum unguento rosato subactum applicatum medetur.

§. XXXVIII.

Scabiei eadem est tractandi ratio. Ess. fumaris, absynthii, ligni lentisci, sassafras cum tinctura antimoni, aliisque liquidis, & pulveres absorbentes nitrati alternatim adhibentur, quibus materia peccans ad educationem præparata, laxanti adæquato evacuat; tunc balnea ex radicibus & herbis emollientibus, abstergentibus, traumaticis atque antiscorbuticis, cum baccis juniperi, lauri & sulphure caballino cocta, adjecto nitro, ulcera scabiota cutis sufficienter abstergunt.

C 3

Si

Si præterea unguentum pomatinum nitro contritum illinitur, superficies corporis magis ad consolidationem & unitatem disponitur. conferri meretur LANGIVS L. 2. epist. 4.

§. XXXIX.

In *antracibus* curandis ad sphacelofam' corruptionem intercipiendam Ill. HOFFMANNVS commendat liquorem ex Spiritu vini unc. iv. camphora drach. ij. croci & bals. peruviani ana drach. i. & tantundem nitri artificialis, quod ex spiritu falis ammoniaci urinoso & Spiritu nitri paratur.

§. XL.

Optimum aerem tempore *pestis* corrigens remedium habetur suffimigium, quod malignitatem in atmosphæra circumvolitantem extinguit. HELMONTIVS in tumulo pestis commendat nitrum accensum, cui alii admiscet sulphur, alii pulvere pyrii utuntur; ETTMÜLLERVS in *Collegio Practico de peste* balsamica nitro admiscet.

§. XLI.

Mentio nunc injicienda est *virtutis* nitri *libon-eriptica*, in specie aphronitrum propter alcalinas lapideas particulas calcis naturam æmulantes insigni gaudet vi diuretica, & expertissimum est medicamentum contra concreciones calculosas in tubulis renalibus existentes. Novi, qui pro arcano silendo habet raphanum rusticanum radula comminuere, succum exprime

mere, eoque per subsidentiam depurato, nitrum depuratum solvere, & mediante syringa per urethram in vesicam injicere, expertum asseverat, calculum vesicæ hocce remedio dissolvi, & bis ea repetita, oleum olivarum injiciendum jubet, quo factò calculus sub forma mucii educatur. De effectus certitudine propria quidem non convictus loquor experientia, impossibilitatem tamen solutionis calculi vesicæ a DIONI in *Chirurgia Demonstr.* III. propositam, non fati probatam judico. De spiritus nitri vi lithonriptica dicitur in COMMERC. LIT. NOR. AO. 1735. p. 50.

§. XLII.

In *inflammatione faucium* species pro gargarisinate cum aqua decoctæ ad colluendum & gargarisandum os cum faucibus non a solis medicis sed & tonsoribus, imo mulierculis in usum vocantur, feliciusque dolorem sistunt, & inflammationem resolvunt, si nitrum adjectum in decocto hoc fuit solutum. Nitrum quoque corrigit pulverem Scilliticum compositum in asthma, magnum usum notante D. WAGNERO.

§. XLIII.

Rationibus medicis contradicerem, si nitri usum absolute atque promiscue suaderem; potius moneo, respiciendum semper ad circumstantias: frigidi enim temperamenti hominibus non conducit; Senes frequenti ejus sumptione ventriculi, reliquorumque viscerum actionem magis lædunt; quibus sulphuris sanguinis parum, calor natus debilis, appetitusque de-

jectus est, illos nitrosorum abusus brevi tempore vita privabit. D. BAEVMLIN nitri usu nimio colicam spasmodicam & hemicraniam excitatam, observavit. Ipse vidi, ascitem & tympanitem ortam ex abusu pulveris, cujus duæ tertiæ nitrum erant. Quis medicorum indiscretim in diarrhœa & aliis alvi fluxibus nitrum exhibebit, perpendens, hoc ipsum aptum esse, alvum fluidiorem reddere. Pariter, sicuti omnia nimium refrigerantia oppido sunt damnosa in morbillis, ita etiam nitrum eruptionem retardat, & materiam excrementitiam in corpore remanentem disponit ad sphacelum.

F I N I S.



* * *

Jetzt blüht der Lorbeer Deiner Ehre,
O darum, würdger Freund! so wehre,
So wehre meiner Freundschafts-Pflicht,
Den längst gewünschten Ausbruch nicht.

Jetzt siehest Du die schönsten Früchte,
Selbst Fama stellet das Gerüchte,
Von Deinem Fleiß und Wißbegier
Erhab'nen Pringen reizend für.

So prange denn mit neuer Freude,
Und nimm, als wohlverdient, zur Beute,
Den Lohn, so Galen nach sich zieht
Wenn selbststen Tod und Kranckheit flieht.

Zuletzt so wünsche Deinen Jahren,
Ein solches reizendes Erfahren,
Wie doch die beste Argenei
Ein tugendhaftes Weibgen sey.

Hiermit wollte dem Hoch. Erlen und Hochge-
lehrten Herrn Neo-Doctori Glück wünschen,
und sich zu ferneren geneigten Andenken
und Freundschaft empfehlen

- Dessen
ergebener Freund und Diener

Johann Gottfried Kniphof
Medicinae Candidatus & Opponens.

Nimm, Hochgelahrter Freund! dies Denckmahl
meiner Pflicht

Die Deine Freundschaft schuf, durch mir bewiesne Liebe.

Ich ehre das Verdienst so seltner Freunde nicht

Wo ich Dir diesen Tag mein Wünschen schuldig bliebe?

Dem da das Glück sich Dir mit Vergeltung naht,

Und Dir nach Fleiß und Müh den Doctor-Huth verehret

Den Deine Wissenschaft schon längst verdienet hat.

Und da nun jedermann von Deiner Kunst belehret,

So nehm ich Theil daran, Dein Glück erfreuet mich,

Ich ehre diesen Tag, der Dein Verdienst entdeckt;

Die Tage kommen oft, die Zeit erneure sich,

Da mein geliebter Freund ein solch Vergnügen schmecket.

Hierdurch wolte meinen Hochgeehrtesten Herrn
zur neu angetretenen Ehrenstelle Glück wünsch
schen ein Dero werthes Andencken sich befeh
lender Freund und stets ergebenster Diener

Johann Anton Lahr

Medic. Studios,



00 A 6332 (1)
VD 18


ULB Halle 3
002 836 610




86

Reha ✓







AVGVRALIS MEDICA
DE

T R O

QVAM
MMO NVMINE
ET
AE FACVLTATIS MEDICAE
RAESIDIO

NIS HIERONYMI
PHOFII

PROF. PVBL. FAC. MED. ASSESS. ORD.
AD. CAES. NAT. CVR. ADI.
ET BIBL.

V DOCTORIS
TE MEDICA HONORIBVS
DOCTORALIBVS LEGI-
MPETRANDIS

VM EXAMINI SVBMITTIT
DAVID BECKER
OVERANVS.

MDCCCLIII. DIE XXIV. DEC.

ORDIAE
IANO ACAD. TYPOGR.